UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac Summa Potestate Rom. Pontificis

Wesseling, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1662

III. Fridericvs III. Pulcher.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64514

Visual Library

III.

FRIDERICVS III. Pulcher.

Filius *Alberti I.* poſt Henricum VII. Luzelburgicum, præter ſuum cognatum Ludovicum IV. Bavarum an. 1314. Francofurti Cæſar electus, & anno 1315. Bonnæ coronatus eſt; conjunx ejus fuit Eliſabetha Jacobi Regis Arragoniæ filia. A ſuo collega Ludovico, amiſſo prælio, an. 1322. biennium arreſtatus, ſed Ludovico punito gloriosè ad clavum imperii rediit, & à Summo Pontifice ſolus Imperator declaratus, ac coronatus, demùm anno 1330. vitam cum morte mutavit, poſtquam 16. annos imperaſſet, & in Maubach magnificè ſepultus eſt.

Poſt Fridericum III. ex aliis domibus Imperatores creati ſunt *Car. IV.* & *VVenceſlaus* Reges Bohemiæ; *Fridericus* Dux Brunſvvicenſ. *Iodocus* Marggravius Brandeburgenſis, *Rupertus* Dux Bavariæ, *Sigiſmundus* Rex Hungariæ, & Bohemiæ, quorum aliqui minùs feliciter, quàm Auſtriaci in regimine ſubſtiterunt, quia minùs in pietate, ac reverentia erga Sedem Apoſtolicam conſtantes manſerunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN